

520 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

dam è resina: K. Salomon, cui videtur suffragatus Eugubinus, radicem esse candidam, terram, & puram. Qui omnes similem humanæ unguis docent. Incognita est veteribus Herbarius hujusmodi herba, aut radix, aut resina; Theophrasto, Dioscoridi, Plinio, & ceteris, quos in opus de Hist. Plant. retulit Rovilius. Satis frigidè Vatablus hic, *vas ex onyce unguentarium* esse putat. Melius ex 30. *ungula aromatica pellucida*, *instar unguis ab eodem appellatur*. Igitur quam Moyses Exo. 30. vocat *onycham*, & Siracides hic *ungulam*, eam describit Dioſcor. l. 2. c. 8. his verbis: *Onyx conchylii tegumentum est, ei simile, quo purpura integratur, quod in India nardiferis paludibus inventur, suavem ideo spirans odorem, quod conchylii nardi pabulo vescantur.* Consonat Joachimus Camerarius verba premissa nostri Ecclesiastici. *Onyx, seu unguis odoratus est crux conchylii Indici spirans odorem nardi, à similitudine unguis humanæ sic appellata.* Unguis hic, jucundè cum fragraret, contundebatur, & aromataris deserviebat.

Gutta quid? 1950 Pro *gutta* Graeci, & Interpretes omnes transferunt *stacte*, à verbo, quod *stillare* significat. Etenim generalis appellatio Latinis *gutta*, Graecis *stacte*, adjuncto eger, quo ad singularē aliquod stringatur aroma. Fabricius Bodonian. in Dictio. Syrochal. in voce *netupha*, Joannes Forsterus in *natap*, balsamum, seu opobalsamum, id est, succum balsami esse arbitrantur, sive accipit, dum de onycha agit, *stactem* Exo. 30. 34. Ubi etiam Tigurina balsamum habet. Rabanus Maurus, quem secutus est Strabus Fuldensis, guttam hoc loco interpretantur *Ammoniacam*, de quo late Dioſcor. lib. 3. c. 97. Plinius lib. 12. cap. 23. & 24. cap. 6. Theophrastus libr. 3. cap. 9. Communis extimatio est, *guttam*, seu *stactem* esse odorum humorem è myrrha stillantem. Ita Plinius lib. 12. cap. 15. Dioſcor. lib. 1. cap. 62. S. Baſilius & multi alii Interpretes in Psal. 44. 9. S. Hieron. Epist. 140. ad Principiam, *stactem florem esse myrram* docet, id est, primam illam guttam, quam sine vulnere myrra liberè præbet. *Ea perquam odorata est, ac pretiosa, atque unguentum per se facit, quod stacte nominatur, cuius minima portio compos est virium plurimarum, ait Dioſcorides.* Nonnulli putant hanc myrram guttam, seu stactem esse speciem illam aromatam, quam *benjuinum* appellamus, (*benji*) ex novo allatum orbe. Alii extimant esse *sandalum*, ali *ambram*, ali *cinnamomum*, ali *styracem*.

1951 In tam voluntaria expositorum varietate, cordatus fuerit Interpreti Vulgato adhærere, præfertim cum Siracides noſter inter myrrham primam, seu electam, & guttam distinxerit; & omnino neſciatur unde relati expoſitores suas illas extimationes hauerint, quandoquidem & Hebraici, & Graeci, & Chaldaici fontes *stillare tantum* præ se ferant. Igitur nomen Hebraicum, quod in *guttam* aut *stactem* vertit Vulgatus, confusamus, inde forsitan communem alioqui *gutta* appellacionem definitè noscemos, Psal. 44. 9. ubi differente legimus *guttam*, ponitur verbum *Abaloth*, quod Vulgatus ipfe Prov. 7. 17. & Cant. 4. 14. vertit *Aloem*. Ibi: *Alperi cubile meum myrrha & aloë.* Hic vero: *Myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis.* Aliud certè

521 Pars III. ad V. 20. & 21.

Gutta ad Aloë succū referenda.

Vatab.

Exo. 30.

Dioſcor.

Camerar.

Gutta quid?

Stacte quid?

S. Hieron.

Dioſcor.

Libanum non incisus

Cant. 4. 14.

longè diversum à myrra præ se fert nomen *abaloθ*: quod si ita non esset, Scriptura sacra non distinxisset, interposita conjunctione, myrrham, & guttam. Doctrinæ ergo & religionis erit, quam ipse Vulgatus generalis significatio vocem *guttam* vel *stactem* in Psal. 44. 9. & in nostro Ecclesiastico usurpat, ad *aloë succum*, quem in Proverbis, & in Canticis exprefit, revocare. Atque ita censet doctissimus quisque, & Hebrei scientifimus Interpres, Pagninus, Vatablus, Genebrardus, Arias Montanus, Eugubinus, Complutenses, Bellarminus, & alii in Ps. 44. 9. Confirmo hanc opinionem auctoritate S. Athanasi libr. 2. contra Arrianos, & S. Hieronymi Epist. 140. qui dum myrrham & guttam Versus Davidici conferunt cum myrrha & aloë Joannis Evangelistæ c. 19. 9. fatis aperte docent, guttam succum esse aloës.

1952 De *Aloe* multa multi. Lectissimam aloëm *Aloë dotea* eximia amaritudinem esse, ait Dioſcorides l. 3. c. 22. *Gutta amaram* Plinius vocat lib. 27. Dioſcor. 4. *Amarissimi suci nobilissimam* esse voluit Isi. Plin. doris lib. 7. Orig. c. 9. *Violenter amaram.* Mesues Damascenus libr. 2. c. 1. Lege Genebrardus in Psal. 44. 9. Rursus, Aloës succum gratum esse ac suavem odoratu, constare viderunt ex Prov. 7. 17. Cant. 4. 14. Joan. 19. 39. ubi S. Bonav. collatione 86. citat Christi discipulum Papiam in lib. quem inscripsit, S. Bonav. Explicatio sermonum Domini, dicentes: *Aloës in India, & in Arabia gignitur, & est odoris suauissimi.* Addit Dioſcoridem lib. 3. c. 22. in Codice Ruelli, Mesuem Damas. lib. 2. de medicina. Simpli. c. 1. qui à bono odore aloëm laudant. Fallopian in Tract. de simplici medicamento purgante c. 32. §. 2. docet, præferendam aloëm boni odoris inclinantis ad odorem myrræ. Legi Brabum Salmanticensem Medicum lib. 3. de curandi ratione c. 7. Bulchafum lib. 27. Tract. 2. Denique, præter odorem, & amaritudinem duplex mestis virtus aloë, utraque apud Philosophos naturales satis celebris. Est enim aloë inter purgantia simplicitia omnium præstantissima; inter præservantia vero secunda post myrram. De purgantia aloës virtute præ ceteris scripsit Mesues Damascenus lib. 2. c. 1. Plinius lib. 27. c. 4. Brabum lib. 3. c. 7. & communiter Medicus. Purganti adiunt præservantem aloës virtutem idem Mesues ibidem, Costaeus in Adnotacione, Levinus Lemnius in explicat. Herbarum Biblicarum c. 21. Vueckerus fest. 16. Antidotarii, ubi ita: *Sic præcavet ut ejus creber usus sensum instrumenta, & corpus reliquum nullo insanibili affectu tentari sinat; sed sensus acutus, cogitationem reddat meliorem.*

Pro Libanu non incisus, Aldus, Baſilius, & Romana Editio, Manuscripta, & Biblia Roberti Stephani habent *λίβανον ἄρπυι*, id quid? est, thuris vapor, aura halitus, exspiratio, fumigatio. Cætera exemplaria *λίβανον ἄρπυι*, atque ita legunt communiter Interpretes; juxta quam translationem, libanus est non mons ipse, sed arbor thurifera, thusque ipsum. Extimat bene Jansenius, & ex eo Druſius, Interpretum nostrum legisse *λίβανον ἄρπυι*, id est, *ut thus non incisum*. Est enim *ἄρπυι* Thus. individuus, infecabilis, minutus, nullas sectio-nes habens. De thure igitur sermo est non secto, non inciso, sed indiviso & integro, quod ex arbore quasi gravida & prægnante sponte suā stillat: atque hoc perfectissimum, odora-

Plini.

Dioſcor.

Avice.

Balsamum non mixtum

Plini.

Dioſcor.

In Ecclesiastici Hinc verbis allusio sit ad thymiamatis faciū comp̄ singulis diebus manē & vespere Deo offeruntur in altari thymiamatis. Exo. 30. 34. Su me tibi aromata, stactem, & onycha, galbanum boni odoris; & thus lucidissimum, facie que thymiana composite operæ unguentarii. Necnon & ad illa aromata, quibus consitabat unguentum sanctificationis, quo & universa tabernacula supellex, & summus ipse Sacerdos inungebatur, sanctificabaturque. Exo. 30. 23. Sume tibi aromata prima myrra & ele-ctæ, & cinnamomi, calami, & casiae. Præter hæc aromata, tria alia in exemplum adducit Siracides noſter, nempe *aspalatum*, *stora-cem*, & *balsamum non mixtum*: non absque mysterio, ut reor; nempe ut majorem fragrantiam (qua, ut statim dicam, bonæ famæ symbolum est) Christi ac Deiparae commendet. Quemadmodum enim ex diversarum vocum harmonia gratissimum existit concentus; & ex vario eduliorum condimento novi queruntur jucundissimi faporis; & ex distincta florum pulchritudine amoenum arrident prata; ita ex plurimorum, nobilissimorumque aromatum commixtione longè suavior conspirat odoris fragrantia, qua longius latiusque spargatur.

1955 Secundò hic obſervo; ex arcani seronis norma, cui Patres adhaerent, suavis. P. Ildeph. de Flores in Eccles.

Aromatum leberiman alicuius famam, nomen, nouitiam, odor symboli opinionem, extimationem. Docet Paulus 2. Corint. 2. 14. Odorem notitiae sua manifestat 2. Corin. 2. odor famus Deo. Et Salomon Eccles. 7. 2. Me lius est nomen bonum quam unguenta pretiosa, Eccles. 49. 1. Et Siracides noſter c. 49. 1. Memoria Jofse in compositione odoris facta opus pigmentarium. Nomen & memoria pro fama & extimatione sumptu, suavi unguento preferuntur, quia longius funduntur, diuturnius persistunt, lauvius sentiuntur. Nos etiam Hispanæ dicimus: de lo buen nombre, tiene buen nombre, id est bona fama. Vide S. August. tract. 50. in Joan. & lib. 3. de Doct. Christ. c. 12. Odor bonus bona fama est. Vide S. Gregor. Homil. 21. in Evang. de odore pro fama, rume, & opinione. Legi ad c. 1. Cant. v. 2. Genebrardum, Cyprianum Cisterciensem, Somajor, & Sanctum nostrum.

1956 Subinde jam perspicua extat nostri Arcana argumenti intelligentia: quippe autem natus in illis versibus 20. & 21. Ecclesiastici, sermonem esse de Christi Jesu, ac Virginis Matris celeberrima fama per universum Orbem diffundenda, odorum ad instar fragrantissimum, mediæ utique doctrinae Evangelicæ prædicatione, & dilatatione, hanc Jesu, & Maria, nostræque redēptionis œconomia suaveolentiam spirante. Et quia fama hæc multo futura erat celebrior, quam illa, quæ in veteri lege Synagogam perfudit; idcirco Siracides, in celebrioris Dominicæ, & Mariani nominis symbolum, plures assūmit aromaticas species. Hæc interpretatio valde est acutissima nostræ consona: nec dissonant expositores sacri, quandoquidem ipsi aromata illa ad Sapientiæ divisionem longè latèque sparsum referunt. Confert autem sapientiam, seu doctrinam Verbi divini odoribus, quia benè fragraniem de Deo famam late spargit, & atios ad veri Dei cognitionem, & celebratatem invitat. Verba sunt Joachimi Camerarii. Cui consonat Lyranus. Hic (ait) consequenter ponit dilatatio famæ divini cultus in Jerusalem augmentati: propter quod multi non solam de Iudeis, sed etiam de Gentilibus veniebant adorare Dominum, ut habeatur 3. Reg. 8. 41. Parco aliis, & textum illustro, ut copiosa nostro argumento lux affulget.

TEXTUS ILLUSTRATUS

De Christo Domino.

SECTIO XLVII.

Post Dominica Incarnationis œconomiam, divinum nomen & se latius ad Gentiles extra Israëliticos terminos extendit, & ubique gentium haberur illustris.

1957 A Nasceretur homo verus, & redēptionem attulisset, salutemque hominibus latetebat ejus nomen & fama intra Iudeæ angustias; ut Psalmus canit Psal. 75. 1. Notus Ps. 75. 1. in Iudea Deus, in Israel magnum nomen ejus. Olim Dei Quod si Dei fama quandoque ad Gentiles fama intra perlata e t, & illi pauci fuerunt, & Israëlitarum Iudea limis Numen venerabantur timore ejus perterriti, quem potentem agnoscebant ex præliis, atque